sic succi solatri et virge pastoris: et aq̄ edi uie: et aq̄ lactuce: et aq̄ rose et succ⁹ ei⁹ & mucillago psillij. Et alie sūt calefacientes sic musc⁹ et pip et acorus et memiran & silia Et alie sūt exiccatiue sic tuchia et ātimonium et climia. Et de sūma eaꝝ sūt ꝯstrictiue sic siefmemithe & aloes et alfeluza haragi et croc⁹ et rosa. Et alie sūt lenientes sic lac et defricatio azuli et albumē oui et mucillago. Et alie sūt maturatiue: sic vene et aq̄ fenugreci et croci et arob: et ꝓprie illud ī q° effundit panis: et alie sūt resolutiue sic sarcocolla et aq̄ feniculi Et alie sūt stupefactiue sic succ⁹ pomoꝝ mādragore et papaueris et opiū. Et scias q̄ qn̄ cū egritudie ocl'i fit soda: tūc oꝫ vt icipias in cura soda: et n̄ cures anq̄ ipaꝫ remoueas. Et cū euacuatō et mūdificatio et regimē cōueniēs nō iuuāt scias q̄ tūc in oculo ꝯplo ē mala ꝗ̄ mā mala nuiscata in tuīcis corrūpēs nutrimētū penetrans ad ipm: aut illic ē debilitas in cerebro in loco ex quo ꝯpellit flux⁹ ad oculum

¶ Capitl'm de rememoratōe ꝯbuatōis sanitatis oculi et remeoratōe eoꝝ q̄ nocēt ipsi.

Oportet in p̄mis vt ille q̄ laborat in cōbuando sanitatē ocl'i: tueat eū a puluere et fumo: & aerib⁹ egredientib⁹ ab eq̄litate in calīditate & frigiditate et a ventis crudis et frigidis: & venenosis et nō assiduet ītueri rem vnā a q̄ nō aūtat. Et ex eis a q̄bus optꝫ vt vere custodiat est multitudo flet⁹. et optꝫ vt minoret aspect⁹ in lr̄is subtilib⁹: n̄ iterodū ꝫm semitā exercitij Et nō ꝓlongēt somn⁹ ei⁹ sup collū. Et scias q̄ multiplicatio coit⁹ est nocibilioꝛ res ocl'o. Et sil'r multiplicatio ebrietatis et repletōis cibi. & somn⁹ sup repletōeꝫ: et oēs cibi: et pot⁹ grossi: et omia vaporē emittētia ad caput: et de sūma eoꝝ est omē qḋ hꝫ acuitatē sic porrū: et andacocha: & omia q̄ exiccāt supflue: de quoꝝ sūma ē sal multus et oia ex q̄bus gn̄atur vapoꝛ mult⁹ sic caulis et lens: et oia q̄ dixim⁹ in areis medicinarū singulariū q̄ sūt ꝓportōata ad hoc q̄ sūt nocitiua oculo. Et scias q̄ multitudo vni⁹ cuiusqꝫ duoꝝ. s. sōni et vigiliaꝝ est vehementer nociua oculo. Et magis ꝯueniēs ei ē tēpamētū vniuscuiusqꝫ eoꝝ. Res aūt quarū vsus ꝯfert oculo: et ꝯbuant virtutē ei⁹: sūt ea q̄ fiūt ex antimonio et tuchia: sic sp̄es tuchie nutrire cū aq̄ sansuci et aqua fenicl'i. Et facē colliriū om̄i hora ex aq̄ feniculi est mirabile et magni iuuamēti. et infrigidatio ḡnati dulcis est mirabile etiaꝫ: et puluis et fact⁹ aq̄ vtroꝝqꝫ ḡnatoꝝ ex ḡnatis veriſꝫ cū pulpis suis decoctis ī tānoꝛ cū melle &

sic scies illud ī loco suo. Ex eis aūt q̄ abstergūt oculū & acuūt ipm: ē sbmergi ī aq̄ clara et apire oclm in ea. Rerū aūt visui nocibiliū. Alie sūt opatōnes mot⁹: et alie sunt cibi: et alie sunt dispōnes ꝯūsiōis in cibis.

¶ Opatōnes aūt: & mot⁹ sunt sic oia q̄ exiccant: sic coit⁹ pl'im⁹ et longitudo aspectus ad lumiosa. et legē subtilia: supflue et assidue scribē. ¶ Mediū em̄ in eo cōfert) et sil'r opatio puoꝝ: et sōnus sup repletōem et cenam. Imo optꝫ illū q̄ in visu hēt debilitatē expectare donec digestio fiat: deīd dormire: et omis repletio nocet ei. Et omē qḋ exiccat nat̄aꝫ nocet. Et omē qḋ sanguīeꝫ turbidat: siue sit de reb⁹ salsis siue acutis: siue alijs nocet ei. Et ebrietas nocet ei. Vomitus autem confert ei inquantum mundificat stomachum et nocet inquantum mouet matias cebri: et expellit eas ad ipm: et si n̄ fūit excusatio qn̄ fiat: tūc oꝫ vt fiat p⁹ cibū et cū facilitate. Et balneatio nocet ei & sōnus supflu⁹ nocꝫ: et flet⁹ plurim⁹. Et multitudo fl'oie: et ꝓprie cū vētosis ꝯtmuis & freq̄ntib⁹ nocꝫ. Cibi v° salsi et acres & vaporosi q̄ ledūt os stōi sic cepe et porri et allia & bedarogi comesta: et oliue mature & anetū et caulis et lens. Cōuersio aūt ī cibis ē vt ita comedāt: ne eoꝝ digestio corrūpat et multiplicet eoꝝ vaporatio ꝫm qḋ in suo loco demonstrabit: et ego iā pueni ad illud et tu scies illud ī tractatib⁹ h⁹ libri tercij.

¶ Capitl'm de obtalmia et ꝯturbatōe.

Obtalmia alia est ūa: alia est ei sil'is q̄ noiat cōturbatio et vacillatio: & ipa calefacit et hūectat. Que accidit ocl'o ex cāis extrīsecis facientib⁹ in ipo bothoꝛ et rubificātib⁹ eū: sic sole: et soda adustiua: et effimera adustiua: & puluē: et fumo: et frigore in q̄busdā horis ꝓpē ꝯstrictōeꝫ ipi⁹: et pcussione ꝓpē ꝯmotōeꝫ ab ipsa: et vento pcelloso ꝓpē suā puitatē. Illi⁹ v° toti⁹ impssio leuis est: associata cāe q̄ nō ita remanet p⁹ ipaꝫ vt de ea sit curād. Et si nō medicat remouet cū remotōe cāe mltotiens: et nomiat grece tarascis. Qḋ si cā corpea aut extrinseca īuenerit matialē p̄mā possibile erit tūc vt velocit pmutet in apā manifestū et veꝝ: sic īmutāt febres effimē ī febres alias. Cū aūt pmutat et ē in pncipio pmutatōis noiat grece afrikē. Et de sp̄eb⁹ qḋe obtalmie ē q̄ seq̄t scabieꝫ in oculo: cui⁹ cā ē scalpatura ocl'i q̄ in pncipio rei pcedit cursu cōturbatōnis: et neqꝫ aduenit ei cura: nisi post scabiei fricatōeꝫ. Obtalmia v° oino est apā in ꝯiūctiua: et alia qḋe ē q̄ est apā simplex non ptransiens emmum: et

pl'm qd ē in ea ē venaꝝ exubatio et clusus & dolor. Et alia ē q̄ magis est pertrāsiens terminū in magnitudīe i q̄ supabūdat albugo sup pupillā: et regit eā: et ꝓhibet clausiōꝫ: & nominat chimosis: et apud nos dr̄ alguardenegi: q̄ pl'm accidit īfātib⁹ ꝓpt̄ multitudinē̄ꝫ maṫieꝝ eoꝝ: et debilitatē oc'loꝝ ipoꝝ. et ipsa qdem nō fit a materia calida tantū: imo a flegmatica et melancolica. Et quoniā obtalmia vᵒ est apa in pupilla seq̄ns diūctiuā et oīe apa aut ē a sāguie: ā a colā: ā a flate ā a melā ā ventositate: tūc sil'r obtalmie non euacuat cā ab vna istarū cārū. Et qñ̄ꝫ ē humor apans gn̄atus in ipō: et qñ̄ꝫ ē adueniēs ei a cēbro ḃm semitaꝫ catarrī p viā uelamīs extrinseci coopiētis caput: ā p viā velamīs itrīseci & oīno a cēbro et ꝑtib⁹ ipi⁹. nā cū in cēbro aggregāt maṫie pl'ime et repletio: tūc vix euadit oc'lus q̄n obtalmiā icurrat n̄ fūit fortis valde. Et qñ̄ꝫ sūt arterie q̄ effūdunt ad ipos sup̄fluitates suas: cum sunt sup̄fluitates in ipis multiplicate: siue arterie sint intrīsece siue extrinsece. Et qñ̄ꝫ mā nō est adueniens ei a pte cēbri et capitis: ſꝫ adueīt ei a pte aliorū mēbroꝝ: et ꝓprie cū oculū iā ꝯsecuta est malicia ꝯplōis: & dilatauit cū: et fec̄ ipꝫ susceptibilē nocumētoꝝ. et ē ad quē effundūt sup̄fluitates. Amplī⁹ de spēb⁹ obtalmie est q̄ hēt piodū & poxismū ḃm piodū effusiōis maṫie et piodū hore gn̄atōis ei⁹. Et violētia qdē doloris in obtalmia: aut est ꝓpt̄ hūoreꝫ mordicatiuū corrodentē tunicas: ā ꝓpt̄ hūoreꝫ pl'm extensiuū: ā ꝓpt̄ vaporē grossū ḃm raritatē: & ide est raritas in dolore. Et maṫie qdē illi⁹ sic sciuisti: ā sunt ex corpe: ā ex capite ipō: ā ex venis q̄ oculo afferūt maṫiam malā calāꝫ ā frigidā: et qñ̄ꝫ sūt ex oculo ipō: et illō si accidat tunicis oculi corruptō ꝯplōnis ꝓpter hūoreꝫ retentū in eis: aut obtalmiā venientē sup eas: et ꝯuertat totū qd aduenit ei ꝯ nutrimēto ad corruptōꝫ. Et ille cuiuscūqꝫ oculi exteri⁹ sūt ꝓmiēntes ē susceptibilioꝛ magnitudīs obtalmie et fortioris ei⁹ ꝓpter hūiditatē oculoꝝ suoꝝ et aptōeꝫ poroꝝ ipsoꝝ. Et qñ̄ꝫ qdem multiplicāt lacrime frigide in spēb⁹ obtalmie ꝓpt̄ ꝓuatōeꝫ digōnis Et multotiēs resoluit obtalmia cū resolōe naṫe. Et scias ꝙ malicia obtalmie ē ḃm q̄litatē maṫie et magnitudo ei⁹ ḃm q̄ntitateꝫ ei⁹. Et scias ꝙ in regionib⁹ meridianis multiplicat obtalīa et remouet velociē: ſꝫ aduētꝰ ei⁹ in ipis pl'm ē ꝓpt̄ c̄lsū mēꝝ eoꝝ: et multitudinē vapoꝝ eoꝝ. Curatio vᵒ e⁹ in ipis velox ē ꝓpt̄ raritatē poroꝝ m̄broꝝ eorū & solonē naṫarū ipsarū. Qꝫ si subito supueniat eis frigus sit difficilis eorū obtalmia: & ꝓhibet hūorē ei⁹ a cursu. In regionib⁹ aūt frigidis et tpib⁹ frīs mioꝛat obtalmia: ſꝫ ē pua. Et puitas qdē ei⁹ in eis ē ꝓpter q̄ntē hūoꝝ in ipis et ꝯgelatōeꝫ eoꝝ. Ei⁹ vᵒ puitas ē: q̄m q̄n ꝯphendūt in mēbro nō resoluunt velociē ꝓpter coartatōꝫ meatuū: q̄re extēdūt magnifice. donec accidat vt ex eis fiat siphac. Cūqꝫ pcedit hyems septētrionalis: et seq̄t ipam ver meridionale pluuiosū et estas pluuiosa multiplicat obtalmia. Et sil'r q̄n hyems ē calā et meridiana: replꝫ corpus hūorib⁹: et deīde seq̄t eā ver septētrionale: tūc ꝯstringit eos. Et estas qdē boreal' multiplicat obtalmiam: & ꝓprie p⁹ hyemē meridianā vel austrinā. Et qñ̄ꝫ multiplicat etiā in estate cui⁹ ver fuit meridianū: et sic cā hyems et septētrional'. Et tu qdē ꝯsidēa corpa dura ḃꝫ rgiōes septētrionales & corpa leīa et rara ḃꝫ rgiōes meridiōales. Et sic regiones calide faciūt obtalmiā: sil'r balneū valde calidū q̄n hō ipm īgredit: ꝓculdubio facit obtalmiā. Et scias ꝙ q̄n adest obtalīa et oculi dispō nō mutat ꝯsequēs cum cura recta et purgatōe vltīa: tūc cā ei⁹ ē maṫia mala retenta in oculo corrūpens nutrimētū: et catarr⁹ ex cēbro et capite ḃm qd declarauim⁹ in illis q̄ sūt p̄missa. Signa.

S Cias ꝙ doloꝝ q̄ i oc'lo ꝯtingūt: alij sūt mordicatiui: et alij corrosiui: & alij extēsiui. Et mordicatiui qdē significant corruptōꝫ q̄litatis maṫiei & acuitatē ipi⁹: et extēsiui significāt multitudinē e⁹: ā ventositatē. Et obtalmia velocioris status ē in q̄ lacrime magis currūt: et q̄ acutioreꝫ hēt mordicatōeꝫ. Et tardioris ē: q̄ est magis sicca. Et lipitudo qdeꝫ ē significatio vᵒ maturatōis ā grossitudīs maṫiei: et lipitudo nāqꝫ q̄ est velox cū leuitate accidentiū excepta q̄uitate oc'li: ē sigficatiua grossitudinis maṫiei. Et illa cui associat maṫatio: et cū q̄ ē oculi exiccatio ī initio pūper: et resoluit velociter ē laudabil'. Et illa cui⁹ gn̄ū ē punm est raro sigficatiua boītatis: puitas nāqꝫ gn̄i maturatōis sigt̄ tarditateꝫ. Cūqꝫ palpebre ꝯglutinari incipiūt. tūc iā maṫatōis adē ꝓpinq̄tas: sic dū pseuerat flux⁹ aquosus est initiū adhuc. Post hec aūt dicem⁹ ꝙ ꝯturbatio cognoscit lenitate sui: et cā sui: et q̄ntitate apatis p̄mitiui. Et obtalmiā qdē q̄ ē cū cōitate capitis sigficat soda et q̄uitas capitis: nā si via flux⁹ a cēbro ad oculū n̄ ē n̄ p velamē extrīsecū coopiens caput: frōs est extēsa. et vene exteriores sunt plene: et sil'r iflatio icipit venire ad palpebram et in frōte sunt rubedo et pulsatio. Et si ē p velamē

intrīsecū: ñ appet illō & appet sternuta° & prurit⁹ i naso & i palato. Et si ē cū coīcate stoācbi associať ei nausea & cturbatō & signū illi⁹ ē buoꝛ i stoācbo. Sāguineam vo obtalmiā sigficat coloꝛ ocl'i et exuberatio venaꝝ: & pulsatio tympoꝝ & ꝛliq̄ sigſ sāguis i ptib⁹ cebꝛi: & qꝺ ñ lacrimaẗ pl'm ſʒ lippitudīe patiẗ: & cglutinaẗ apꝺ ſōnuʒ Colericā aẗ sigſt pūctura vebemens: & doloꝛ adustiu⁹ et īflamatiu⁹ vebemēter: et rubedo pua: et lacrime ſb'tiles acute. Et qñʒ exulcerat: et qñʒ euacuaẗ a lacrīs: sic ē euacuatō sāguinea: et ñ cglutinaẗ apꝺ ſōnum. Et b⁹ qꝺeʒ gnis ē qꝺā q̄ ē rubedo aduenīens ocl'o. et ē ꝺ sūma cplexionū pessiāꝝ: et qñʒ cauterizat ocl'm: et exulcerat ipʒ faciēs exulceratōeʒ motiuā et ābulatiuam. Obtalmie p̄terea colīce ē gen⁹ pruritiuū exiccatiuū cū puitate rubedīs et puitate lippitudīs: et ñ apparʒ apati ipi⁹ q̄ntitas ꝺ qua sit curanꝺ: neqʒ cursus: et ē ex mā pua acuta. Sʒ flegīcā sigficat q̄uitas vebemēs: et cal'itas pua: et rubedo debil' ymo ī ea vincens ē albedo: et sūt lippitudo et cglutinatio apꝺ ſōnū: & ē cū inflatōe: & coīcant ei facies & coloꝛ. Q̄ꝛ si ei⁹ pncipiū ē stomacb⁹: associaẗ ei nausea. Et flegmatica qꝺem qñʒ cseq̄ẗ b°: vt i ipa excrescat ꝺiūctiua super nigrū p̄pter magtudīe apatis. Verū tñ ñ ē maīfeste rubedīs neqʒ vebemētis: & neqʒ sūt cū ea lacrīe: ſʒ lippitudo. Melācolicā vo sigficāt q̄uitas cū obfuscatōe: & exicca° & pseueratō: et puitas cglutinatōis. Cū vētosa aẗ ē extensio tm̄ sine q̄uitate: & neqʒ ē curs⁹. & qñʒ rubedīe fcit euenire extēsio.

Cura conturbatōnis.

In cura cturbatōis & obtalmie leuis q̄ cursu e⁹ p̄cedit: qñʒ cāe sufficit abcisio: si fūit cā innata a repl'oe sāguinis: ꝺ alteri⁹ cū euacuatōe. Et qñʒ sufficit sedatō mot⁹ e⁹ & ꝺistillatō lactis: ꝺ albuginis oui: ꝺ alteri⁹ rei in ipō. Et si cturba° fūit ex pcussione ꝺistilleẗ in ocl'is sāguis colūbe caliꝺ⁹: ꝺ alteri⁹: aut ex sāguīe sui ipi⁹ & qñʒ sufficit euapoꝛare ipʒ cū spōgia: aut lana īfusa oleo rosato: & decoctōe lactis asini: & decoctōe lentis: ꝺ ꝺistilleẗ i ipm lac mulieris ex mā̄milla caliꝺ. Q̄ꝛ si illō nō cōfert. tūc decoctio fenu greci: & sic album Illi vo q̄ ex frigoꝛe accit: cfert balneū: si ñ fūit fcm apa: & nō fuerit cap & coꝛp⁹ repleta. Et cfert ei vapoꝛa° cū decoctōe camoille. & vinuʒ subtile post tres boꝛas a cibo. & sōn⁹ lōg⁹. Post vinū pl'm ē ex curis iuuātib⁹: siue sit ex sole: ꝺ ex frigoꝛe: ꝺ alijs. Et obtalmia c⁹ qꝺem cā est scabies & ē leuis: friceẗ scabies i p̄mis: ꝺeiꝺe curetur obtalmia. Et qñʒ ꝛmoueẗ p⁹ fricatōeʒ scabiei p seipam. Q̄ꝛ si mag⁹ fūit ñ tolerans p̄pinq̄tatē p̄patōis fricatōis āmīstreẗ subtiliatō & lenificatō & mūdifica°: ita vt fiat obedīēs obtalmia & tolerʒ vicinitatē inter se & int regimē fricatōis.

Capitulū de cura coī specieꝝ obtalmie & effusionuʒ fluxuū ad oculum.

Quanꝺ cōīs i regīe obtalmie mālis & ꝛliq̄ꝝ egtudīnū ocl'i mālīū: ē mīoꝛa° cibi & ipi⁹ exicca°. & electō e⁹ qꝺ gnat buoꝛē laudabilē. & aliena° oīs vapoꝛosi. et alienatio omnis rei que est male digestionis. & alienatio coitus & motus & applauꝺatōis q̄ fit a vino. & aliena° cmestiōis acetosi & salsi & acuti: & assiduatō leitatis naẗe. Et fl'oia ex cepbalica ē cuenīens oīb⁹ spēb⁹ e⁹. Et ñ oʒ qꝺē vt vis⁹ patiētis obtalmiā caꝺat sup albeꝺīeʒ: & sup raꝺios. ymo sit qꝺ ſb'sterniẗ ei: & quo ipe cōūꝺaẗ nigrū & viriꝺe. & sup faciē ei⁹ suspēꝺaẗ pān⁹ niger appens ocl'o e⁹. Et nig qꝺē sit i ꝺispōe egtuꝺīs: & celestis i ꝺispōne sāitatis. Et oʒ vt sit domus ī q̄ bitat aꝺ tenebꝛositatē ꝺcl'nās. Et oʒ vt aꝺ ipʒ attrabaẗ sōn⁹: ē ei medicam̄ bonuʒ. Et expedit ne pili p̄mittaẗ pl'ogari: qm̄ valde sūt nociui obtalmie ñ fuerit pili soluti i raꝺice: illō ei cfert: iq̄ntū exiccat buiꝺitates attben° ad nutrimētū eoꝝ. Et cū coꝛp⁹ ē mūꝺum & buoꝛ faciēs obtalmiā ē effus⁹ i veīs: & ē ex gnē sāguīs grossi: & p̄pe i fine obtalmie. tūc balneatōis ipssio i ſb'tiliāꝺo mām & pot⁹ vini puri aꝺ repellēꝺā ipaʒ & euacuāꝺ sūt iuuātes Et balneū qꝺē p⁹ eūatōʒ ē meli⁹ medicam̄ ad obtaliaʒ: & p̄pe si fuerit vapoꝛatō seꝺās doloꝛē. Et ex eis qꝺem qb⁹ oʒ regīeʒ eē i obtalmia & ꝛliq̄s egtuꝺinib⁹ ocl'i mālibus: ē eleuatō puluinaris & cautela ꝺescēsiōis e⁹. Et oʒ vt ex toto elōgeẗ oleū a capite patiētis obtalmiā: qm̄ ipʒ ē vebemētis nocumti. Et ꝺistillatō olei & si sit oleū rosatū i aure: ē valde magni nocumēti: & qñʒ magſicat obtalmiam: adeo vt ſt rigat tuīcas. Q̄ꝛ si fūit mā p̄ceꝺēs ex mēbꝛo: tūc oʒ vt euacueẗ illō mēbꝝ et ꝛbatuꝛ aꝺ ꝺ'riū ptis cuʒ q̄libet re. s. p clistere aut fl'oiam et alia. Et foꝛtasse ñ sufficit fl'oia ex cepbalica: et ē nccīa fl'oia arterie tympoꝛis et auris aꝺ absciꝺēꝺā viā p quā aꝺueīt mā et illō qñ māīa aꝺueīt ocl'o p arterias extrīsecas. Cūqʒ volūtas aꝺest inciꝺēꝺi arterias capitis: oʒ vt raꝺaẗ caput et cōsiꝺereẗ que illaꝝ puarū arteriarum sit maioꝛ et magis

pulsans et calidior: et incidat̃ · et pueni ad
linẽ ĩ e⁹ extirpatõe si ẽ ex eis q̃ incidũt: &
sũt pue ñ magne · Et qñ͡z incidit illa q̃ ẽ sup
tymp⁹ · & o͡z vt liget̃ ĩ p̃mis: deiñ abscidat̃
postq̃ eliget̃ illd̃ c⁹ p̃terijt r̃meõra° · s · vt
sit p⁹ euacuatõ͡z: & abscidat̃ maior minoꝝ
& calior eaꝝ · Et o͡z añ abscisionẽ vt striga
tur qd̃ ẽ ĩ ea ĩferi⁹ cũ vilo sericino ĩ lõgitu
dine: & dimittat̃ ligata ĩ ip̃a: deide ĩcidat̃
qd̃ ẽ p⁹ ip̃am · & cũ putrefit: lic͡z vt aufera
tur strictura · & ip̃a qd̃ ẽ nc̃cia in ea q̃ est
maxĩa · ĩ pua v̊o sufficit vt ꝓfũde scarificet̃
q̃ten⁹ currat qd̃ ĩ eis ẽ ex s̃aguĩe · illd̃ eĩ qñ
o͡z ꝓximũ ẽ iuuamẽto vẽtosaꝝ in nucha: &
politõi s̃aguissugaꝝ sup frontẽ · & qñ non
sufficit illd̃ qd̃ fit: fiat fl'oia ex lacrimali an
gulo ocl'i & ex venis frõtis: cũ tñ ventose
nuche sint vltimi iuuam̃ti Cũq͡z ꝓlõgatur
eg̃tudo ãmĩstrent̃ sief ĩ qb⁹ ponũt̃ es vstũ
& at̃mẽtũ vstũ · & qñ͡z sufficit alcofol facẽ
ex aloe solo · Et cũ ꝓlongat̃ obtalmia & ñ
iuuat̃ ab aliq°: tũc scias qd̃ ĩ tuĩcis ocl'i est
mã mala corrũpẽs nutrim̃tũ supueniẽs ei
q̃re r̃cedẽs ꝯfuge ad aliq̃d qd̃ sit sic̃ tuchia
abluta p̃mixta cũ lenitiuis sic̃ cerusa & cli
mia aurea abluta & amilo & pauco gumi ·
Et qñ͡z cauteriũ sup verticẽ ẽ nc̃cm vt reti
neat̃ catarr⁹: qñ͡z eĩ e⁹ p̃seuer̃atia ẽ ꝓp̃t p̃se
uer̃atiã catarri · Cũ ãt initiũ ẽ ex velamib⁹
intrĩsecis: tũc cura ẽ difficil': ñ si sit e⁹ reuo
lutio b̃m euacuãtia fortia cu͡z ãmĩstratõne
empl'oꝝ ꝯfortãtiũ cap̃ ꝯgnitoꝝ ad hãc rem
sic̃ ẽpl'm fc̃m ꝺ̊ spica & rosa & acacia: cũ a-
qua coriãdri huĩdi & ip̃o coriãdro huĩdo
& sicco: cũ pauco croco dimisso sup locu͡z
vna hora ã duab⁹: deide remoueat̃ Et qñ
q͡z ãmĩstrãt̃ ĩ ea glutinatĩa et ꝯmẽsuratiua
materieꝝ acutaꝝ · & gñ̃a lactis sũt ex sũma
eorũ · & ñ ẽ ꝯueĩens vt dimittat̃ distillatõ
e⁹ ĩ ocl'o tp̃e lõgo: ymo o͡z vt remoueat̃ &
renocet̃ oĩ hora · Et ꝺ̊ eis ẽ albugo oui: &
ñ ẽ nc̃cm in ip̃a vt remoueat̃: ymo si dimit
tat̃ aliq̃bus horis ñ noc͡z: & est laudabilior
lacte · & si sit lac magis abstersiuum · Et al
bumẽ qd̃ẽ oui aggregat cũ lenificacõne &
applanatõe sua: si ñ adheserit & ñ strixerit
poros · & decoctio fenu greci aggregat cũ
lenificatõe sua & maturatõe sua: vt faciat
planũ & sedet dolorẽ · & oleũ rosatu͡z est
h⁹ gñ̃is · Et penit⁹ o͡z vt ñ sit ĩ medicia am
mĩstrata ĩ ocl'o & ꝓp̃e ĩ obtalmia asp̃itas:
nec͡z q̃litas sapor̃s acetosi ã acuti: & o͡z q̃-
dẽ vt ꝯterat̃ valde · q̃tenus ip̃i⁹ remoueat̃
asp̃itas · & q̃nto plus tibi ẽ possibile: vt sis
ꝯtẽt⁹ ĩsipidis odore p̃uatis nã illd̃ ẽ bonũ
ĩterdũ v̊o ãmĩstrant̃ capp̃urgia mũdifican
tia & q̃ eoꝝ cursu ꝓcedũt exñ̃tia ex eis q̃ p̃
nares materiei p̃tes extb̃ũt & de q̃bus tũc
ñ timet̃ q̃ ad ocl'm aliã at̃hãt mãm Garga
rismata quoq͡z qñ͡z ãmĩstrãt̃ in ea Et de me
dicinis qd̃ẽ iuuatis ẽ vapora° ex aq̃s tepi
dis cũ sp̃õgia aut lana · Et qñ͡z e⁹ ãmĩstra°
semel fc̃a ã bis satis sufficit · Et qñ͡z ẽ nc̃cm
vt pl'm iteret̃ b̃m fortitudinẽ obtalmie &
e⁹ debilitatẽ · Cũq͡z ĩ aq̃ q̃ fit vapora° melli
loti & fenu greci fũit decoctio: erit vltĩa ĩ
ꝯferẽdo · Interdũ p̃terea sup frõtẽ liniunt̃
apocrustica: & ꝓp̃e cũ via effusionis mate
riei ẽ velamẽ extrĩsecũ · Et hec qd̃ẽ apocru
stica sunt: sic̃ cortices bathethe ꝓp̃e: & sic̃
sief memite: & sic̃ feluzabaragi & aloes: &
semẽ rose: & crocus: & sarcocolla · Et ea q̃
sũt sic̃ aq̃ solatri: & aq̃ virge pastoris: & si
milit̃ rãnus & sauich ordei: & solatru͡z: &
citoniũ · Q͡z si sup̃fluitas fũit vehem̃tis cali
ditatis & tenuitatis ãmĩstrẽt̃ epithimata
vehem̃tis stipticitatis sic̃ de gall': & balau-
stijs: et tribul' · Et empl͡z ex eis cursib⁹ flu-
xuũ adhibitũ maxĩam h͡z efficaciã · hec qd̃e͡z
cũ mã fũit cal'a S͡z si fũit frigida: tũc fiãt ex
eis q̃ exiccãt & ꝯstrĩgũt: & ꝯfortãt mẽbru͡z
cũ calefactõe: sic̃ epithima ex sambuco &
sulphure et baurach Et o͡z qd̃ẽ vt ocl's as-
sidue mũdificet̃ a lippitudĩe ex lacte distil
lato ĩ ip̃m: & laua ip̃m albumine oui Q͡z si
tactus fũit necessari⁹: oportebit vt sit cu͡z
facilitate · & o͡z si fũit obtalmia vehemens
vt fiat fl'oia: vsq̃quo timeat̃ lippothoĩa Sã
guĩs nãq͡z emissio pl'm sanat ĩ hora · & opt͡z
vt inq̃ntũ possibile ẽ: retardet̃ ĩ obtalmia
colirioꝝ ãmĩstra° vsq͡z ad tres dies: & suf
ficiat regimẽ p̃dc̃m ex euacuãtib⁹: & att-
ctione matieꝝ ad extrẽa Et mora quã dixi
mus locoꝝ et dispõnũ · deide si p⁹ illd̃ ãmi
stret̃ coliriũ: ñ erit malũ · Plerũq͡z eĩ sanat̃
obtalmia hijs reb⁹ absq͡z cura alia · Nature
v̊o lenitas ẽ res q̃ ẽ ei nc̃cia · ymo ẽ nc̃c͡z vt
sol'oe educat̃ huõr dñ̃ans s̃aguĩ p⁹ fl'omiã
Et ĩ vaporatõe qd̃ẽ ñ existit bonitas ante
mũdificatõe͡z: neq͡z in balneo Et qñ͡z fit il-
lud causa ad attrahẽdã mã͡z pl'imã coopien
tem tuĩcas oculi Et opor͡z vt non admini
strent̃ ĩ p̃ncipio inspissatiua fortia: & que
sunt vehemẽter stiptica: quoniã inspissant
tunicas: & ꝓhibent resolutõem: & mag̃fi-
cant dolorem: et ꝓp̃rie cũ dolor fuerit for-
tis · Et ea etiam que debiliter constrigunt
in principio non sufficiunt ad ꝓhibendam
materiam: & nocent propter inspissatio-
nem tunicarum & constringunt materiam
in eis · Q͡z si aliquid horum contingat: suc-
curre cũ vaporatione ex aqua calida semp̃

et solū colliriū albū dissolutuz in aq̄ melli-
loti est conueniens. fortius nāq3 illo cū repl'oe
capitis qn̄z ē nocumētuz ei. Resolutiua vo
ī pn° obtalmie vehem̄ter deuita. Et plerū
q3 ē nccia post ista stiptica et ꝓprie qn̄ nar
cotica eis sunt āmixta: distillatio aq̄ zucha-
ri et aq̄ mell' in oculo. Q3 si puenerit ex istis
ꝯmotio egritudis: īfrigidabis eā cū eo ī quo
nō sit īspissatio ad succurrendū ei: et optet
vt intēdas āte h° ad mūdificatōez lippitu
dinis cū facilitate: et n̄ noceas ocl'o. In lip
pitudis nāq3 mūdificatōe est doloris alle-
uiatio et abstersio ocl'i: et medicis adest o-
perādi possibilitas. Et qn̄z doloris vehem̄
tia facit necessariā stupefaciētiū adhibitōz
sic̄ succi pomoruz mādragore et lactuce et
papaueris: et aliq̄ntule aq̄ sumach. Expel-
le g° illa q̄ntū potes. Q3 si aliqd̄ hoꝝ āmi-
stras ꝓpter nccitatē: tūc admīstra ipm̄ ſm
cautelā. Et si possibile ē tibi vt sis ꝯtētus
albuīe oui cōq̄ssato ī aq̄ in q̄ papauer sit ꝯ
coctū: fac. et fortasse oportebit vt ponas
cū eo fenu grecū et iuuet ad sedandū dolo-
rez ex pte resolutōis: et resoluat et: et r̄mo
ueat nocumētū stupefactōis. ¶ Q3 si mā est
subtil' et corrosiua: n̄ ē malū apd̄ me vti o-
pio et stupefactiuis. Ipm̄ nāq3 ē sanās eaz
et n̄ succedit dolor: quāuis oporteat credē
qd̄ m̄q̄ntū visui nocz ē malū. Verū opio in
doloribus a mā corrosiua puenietibus n̄ ē
malū apd̄ me vti. ipm̄ ei sanat celeriter. Et
cura q̄dē mordicatōis ē ex glutinatis et in
frigidatis et subtiliatis. Et cura extēsionis
ē cū mollificatōe oculi et resolutōe p ea q°
rū vnūqdq3 dixi⁹ ī loco suo et pmutatōne
matiei. Cūq3 aūt egritudo fit cronica: tūc fl'o
mia ē faciēda ex lacrimalib⁹: & fleubotimā
de sunt ābe arterie q̄ sunt p⁹ aures. Et oz
vt patiētes obtalmiā: & patientes reuma
tismos ad ocl'os deuitēt (queādmodū mul-
totiens diximus) inunctōez capis: & distil-
latōz alicui⁹ olei in aurem. Et penit⁹ cura
obtalmie ē sic̄ cura reliquoꝝ apatū ex rep-
cussione pmo: & resolutōe secūdo. ¶ Verū-
tn̄ exigit ꝓpter mēbrum ipm̄ supflua facili
tas. & ē: vt illd̄ qd̄ repellit & repcutit: ā
subtiliat: & qd̄ resoluit: & abstergit nō sit
laboriosi tact⁹ ledēs sensū faciēs eueire a-
speritatē: & illd̄ q̄dē nō ꝯplet n̄ sit stiptici-
tas ei⁹ qd̄ refrenat tpata: & mordicatō e⁹
qd̄ resoluit leuis pua. ymo meli⁹ ē: vt sit in
illo exiccatō sine mordicatōe. & vt violen-
tia laboris e⁹ frāgat p id qd̄ ei āmisceтur:
de eis q̄ sūt sic̄ albumē oui: & lac mulieris
mulctū sup ꝯfricatōz collirij q° fit alcofol
Cū aūt mā iā ē euacuata & dolor n̄ ē ī sum
mo laboīs: āmīstra colliriū noīatū vni⁹ di
ci ꝯmixtū cū eo qd̄ sit: sic̄ vitell⁹ oui: & ne
q3 ē lōgīquū qn sanet īfirm⁹ ī die suo: & ī
grediat̄ balneū ī seq̄nti: sitq3 illd̄ qd̄ suffic̄
ad r̄soluēd̄ residuū matiei sic̄ ē colliriuz de
spica. Et qn̄z hoā fcit nccz: vt facias ipm̄ o-
dorare ꝯ collirio alisticacā ī die p° rē mo
dicā: & addas ī secūdo die ꝯ eo: & erit cuz
eo sal⁹. Cūq3 mā sit pua ī obtalmia ātece-
dēte ad dissoluēd̄: tūc forsitā nccm̄ ē aliqd̄
qd̄ sit sil'e succo cucūeris asinini. ¶ Cura
obtalīe cal'e & col'ice & sāguīee & erisipile

Regimē cōe obtalīe c⁹ cā ē mā col'ica
ā sāguinea ē fl'oia & euacuatio. Nā si
cā fūit sāguis calid⁹ col'ic⁹: ā col'a so
la ꝯfert cū fl'oia euacuatio ex decoctōe mi-
rabolanoꝝ. & qn̄z poīt ī ipa ēbit. ¶ Q3 si cuz
ea fūit aliq̄ntuluz grossiciei: & sciueris qd̄
mā sit ībibita ī velaībus cebri: ꝯfortabis ea
cū yerepig̃. & fortasse sufficit ī hmōi infu-
sio aloes. Et si illic fūit caliditas: erit aq̄ in
q̄ ipe infūdet̄ aq̄ endiuie: ā aq̄ pluuial': aut
ille ābe. Et oz q̄dē vt ī initio fiat in ipa em
plastrū ocl'o ex īfrigidatis q̄ sūt expssiones
sic̄ expssio lingue arietis: & expssio folioruz
salicis: & mucillagīs. & fiat distillatō eoꝝ
in ipo: deīde albumē oui cū lacte asine: &
solū. deīde colliriuz albū & reliq̄ collíria q̄
remeōrabimur in apocrusticis: & neq3 ī eis
finē ꝯseq̄ris ꝓpter quē tuīce inspissent̄: &
matīe ꝯstrīgant̄: & dolor fortior fiat. Cūz
repuleris māz p euacuatōz: & atrctōz: & a
pocrustica: tūc g̃dati tēdas ad maturatiua
& sint ī pmis mixta cū apocrusticis. Est er
go ī pmis ꝯueīens eoꝝ ꝯmixtio cū aliquo
qd̄ sit sic̄ aq̄ rosata. Et ī generib⁹ q̄dem la
ctis ē vtus maturatōnis: Et ī mucillagine
psillij ē cū repcussione maturatio q̄dā. Et
mucillago seīs citonij ē vehementioris ma
turatōis q̄ ipa. Et aq̄ fenu greci bona ma
turatōi ē sedatiua doloris: & ē maturatiuo
rū dignior vt ab ea incipiat̄: & n̄ ē ī ipa at
tractio. Et si ē nccm̄ igrossare aliqd̄ ex illo
fiat cuz mucillaginibus. ā infrigidare: fiat
cū succis. Et iā expt⁹ ē succ⁹ arboris: que
grece noīat̄ atata: & siriace asel: ī pn° ob-
talmie calide & inflamatōis e⁹: & fuit ꝯue
niēs cū ꝓpetate forti. Et succi q̄dē isti qn̄z
coagulant̄: & reseruāt̄: postea trāsi ab hu-
iusmōi ad decoctōez mellíloti: in q̄ sint dis
soluta sarcocolla alba ꝓpe nutrita cū lacte
mulieris & asine Cūq3 descēdere īcipit: ad
de in āmīstratōe resoluentiū & qd̄ sit for
tius: sic̄ sarcocolla ī aq̄ fenu greci & fenicl'i
& vaporatō ex aq̄ ī q̄ decocta sint crocus
& mirra. & āmīstra balnea si sciueris q̄

cerebrũ sit mundũ: & da ĩ potu p⁹ cibuz p aliquas horas aliq̃d vini puri antiq̃ in pua quantitate. Nã balneum p⁹ ipm cuz aqua calida & vaporatio si fiat: erit illd iuuatiuũ. Et ãmistratõ colliriorum pdictorum narratorũ in antidotario ad descensionez obtalmie et finẽ e⁹. Q₂ si mã fuit sãguinea adhibebis vẽtosas p⁹ flẽbotomiam: et assiduabis fricatõez extremitatũ: et strictõez earum plusq̃ in alijs. Et ãmistrabis ĩ pñº rei succos pdcõs deiñ ãmiscebis eis medullaz panis: postea ĩfundes illũ panẽ in arob. et pmisceb ĩ ipo Et fortasse oportebit: vt pmisceas cũ ipso parũ opij: si fortis fiat dolor. Q₂ si mã fuerit colrica: euacuabis p⁹ flẽbotomiam cũ eo qd educit colram: et ãmistrabis balneũ ex aqua dulci Et qñz erit dueiens effũdere aquã frigidã sup capu et oclm: et qñz lauat̃ facies ex aqua frigida cui ãmiscet̃ parũ aceti: et confert. Et oz vt in colrica sit maior audacia ad ãmistratõez stipticorum ĩ pñº sine supfluitate et: ãmistratõez colliriorum stipticorum dissolutorum in succis. In erisipila ãt q̃ est ex sũma illi⁹: oz vt ãmistrent̃ post euacuatõem cum solutiis et clisteri: empl'a facta ex corticib⁹ granatorum decoctis sup prunas et tritis cuz arob aut melle: et assidue fiat ei vaporatõ cũ spõgia calida: et facere empl'm ex farina herbi et frumenti decocta cũ siropo mellino: ã cũ radice lilij ptrita pfert ei. & oportz vt assidue infrigidet̃: & huectet̃ & assidue lauet̃ ocls cũ lacte. Sed sufficiẽtia in infrigidantib⁹ ẽ ex eis q̃ tardãt & hebetãt. Et qñ resoluit̃ egtudo & remanz calliditas: fac emplz ex vitello oui assati & cõtriti cuz croco & melle: & reliq̃s q̃ scripta sũt ad erisipilam in antidotario.

Cura obtalmie frigide.

In obtalmia fcã a materijs frigidis oportz vt euacuet̃ huõr frigidus. Et qñz ẽ ncẽm iterare: siue sit potio: siue iniectio: siue gargarisma. & vt sit initium cuẽ a repcussiuis q̃ nõ sũt ĩfrigidantia valde: sz sint illa ĩ qb⁹ ẽ subtiliatõ sic mirra & sarcocolla. Et si ãmistraueris colliriũ de spica cũ aqs pmẽsuratis erit dueiens. Et si ĩ tuicis pupille non fuit nocumẽtũ: facies alcofol ex aq̃ in qua bullita sit croc⁹ & calcadis & mel. Et oz vt lіniat̃ frons ĩ pñº ex calcadis & ppe cũ via matiei ẽ p velamẽ extrĩsecũ Et illr ñ ẽ malũ si abluat̃ facies ex aq̃ in q̃ dissoluit̃ calcadis: & ppe qñ via matiei est ex velaie extrĩseco. Et si lіniat̃ palpebre in pñº ex tiriaca & sulphure & arsenico ẽ bonuz & pot⁹ tiriace et pfert: & iã qdẽ expta sũt in hac folia alkerua ptrita & pmixta cũ aneto: & folia malue decocta in vino. Nos võ dicem⁹ ĩ ãtidotario trocisсos due niẽtes ad liniẽdas palpebras: & aq̃ qdẽ fenu greci & mucillago seĩs lini sũt ex eis qºrũ distillatõ ĩ oclm patiẽtis obtalmiã frigidã pfert. & p⁹ illd colliriũ rubeũ linitiuuz & colliriũ rubeũ mai⁹: & colliriũ almaraigene & sarcocolla dissoluta ĩ succo foliorum cappаris: & ẽplm ex folijs capparis solum & pfert istis oĩb⁹ regimẽ subtile: & ãmmistratõ balnei: & vini puri albi.

Cura alguardenigi:

Obtalmie võ q̃ fcã ẽ guardenigi cura ẽ euacuatio & flẽbotomia & vẽtosatio. & qñq₃ ncẽm ẽ tibi ĩcidere arteriã. Q₂ si fuit obtalmia calida: & euaueris ex toto corpore & ex venis capitis & vẽtosaueris: oportebit vt ãmistres sic colliriũ albũ õ repcussiuis: & sic succ⁹ lenitiui frigidi. Emplastra võ exteriora sint sic croc⁹ & folia coriãdri & mellilotũ cũ vitello oui & paẽ ĩfuso ĩ rob vue. Et qñz est ncẽm vt eis ammisceat̃ õ narcoticis aliq̃d & limimẽta etiã sint ex hmõi & ex memithe & licio & aloe. Et ex eis qdẽ q̃ expta sũt ad eã. ẽ vitellus oui cũ adipe vrsi: de qb⁹ fiat sic emplm & supponãt̃ pãno: & ponãt̃ sup oclm. Et cũ dolor sit fortis ĩfũdat̃ in pputijs vue: deĩde cterat̃ cũ vitello oui & supponat̃ oculo Cũ ãt dolor sit fortior ĩfũdat̃ croc⁹ ptrit⁹ cũ lacte & succo coriãdri: & distillet̃ ĩ oclz Quidã võ diligũt ĩ guardenigi vt ammistretur cure extrĩsece: & sufficiat distillaº lactis in oclm trib⁹ dieb⁹ si dispõ illud tolerauerit. Et illi qdẽ q̃ alcofol ãmistrant iã expti sunt in guardenigi ad dolorẽ vlceratiuũ: vt faciãt alcofol ex sarcocolla & croco et siefmeithe et opio. Q₂ si fuit guardenigi p⁹ obtalmiã grossã frigidã: purgabis cũ yeris necessario: et ãmistrabis mucillagines lenificãtes fcãs ex succo caulis: aut aq̃ decoctõis ei⁹. Et qñq₃ erit tibi necessariũ pmiscere eas cũ aqua solatri. et qñz erit tibi ncẽm vt pmisceas eas cũ mirra et sarcocolla.

Cura obtalmie ventose.

Obtalmia aũt vẽtosa curat̃ cũ embrocis et vaporatõib⁹ et balneis Et vaporatio qdem ex milijs est iuuãtior vaporatõnũ que fiũt ei. Quidã võ psumptuosi qñz audẽt ãmistrare narcotica apd doloris vehemẽtiã: et illd vt sedẽt in hora: sed ipe excitatur post horã vehementius q̃ prius fuit. propterea q̃ prohibet̃ ventositatem resolui.

Sermo de medicinis obtalmie vsitatis.

Colliriū qdem albū nā ipm est glutinatiuū infrigidatiuū sedatiuū doloris: rectificatiuū huōris mordicatiui. qnq3 vo āmiscetur ei opiū: et fit vehemētius sedatiuū doloris. et fortasse nocet visui: et plongat egtudinē pter stupefactionez et cruditatem quā facit. et ex eis q̄ pcedūt suo cursu ē trocisc⁹ rosatus: est em maximi iuuamēti in inflatōe et dolore: et ē maioz et mioz. Et tu qdez iuenies i ātidotario troscíscos et collíria hui⁹ generis: et inueies in tabulis oculi medicīarū singularium repcussiua: sic̄ merdasengi et dragagātuz et liciū et rosa et anthimoniū hyspanū et acacia et memithe et sandalū et galle et lutū sigillatū et relique succi et gūmi et reliqua. Et de singularib⁹ qdem q̄ maturant mās grossas sunt sic̄ mirra et crocus et olibanū et spica et castoreū: et parū eris rubei: et aloes pprie: et amomū: et cornu cerui adustū. Mensurare āt huōrē cū eo qd̄ ē frigidius et cū eo qd̄ ē calidi⁹: ē illō qd̄ ptinet ad industriā artificialē in pticularibus reliqua vo pmixta expta dicā i ātidotario Et ex repcussiuis exptis ad vehemētiā doloris et māz grossam ē encaustrū alesekefi cū melle puro et aq̄ fenu greci ponat̄ i āgulis lacrimalib⁹ cū stilo Sz de dpoītis sūt sicut colliriū isticticon et rubeū leniticum et colliriū de sedenigi mai⁹: et trocisci d̄ semibus ex summa eoꝝ sunt boni vltime.

Sermo secūdus de residuis egtudibus ei⁹ qd̄ d̄ ocl'o appaꝫ: et pl'm ei⁹ ē de egtudinibus dpoītis.

Capitl'm de vesicis.

Contingūt i ocl'o vesice aquose i qbusdā corticib⁹ cornee que sūt qttuoꝛ tunice. Et hec qdē aquositas coartat̄ inter duos cortices hoꝝ qttuoꝛ. Et ei⁹ q̄dem loca pculdubio diuersificant̄: & qui ē pfundioꝛ eoꝝ est deterioꝛ. Et diūsificant̄ bm augmentū & dimmutōem sui in qntitate: & diūsificant̄ pter colorē suū & essentiam suā. Et qnq3 diuersificat̄ pter suā suauitatē & suam acuitatē & corrosionez suam. Et quecūq3 eaꝝ est ad corticē pmuz est mala nīg: qm̄ illa phibet visuz a dphensione vuee. Et profunda phibet a dphēsione ipi⁹: qm̄ radius ē remotioꝛ ab hoc vt ipsaz faciat puiā: qre videt̄ alba. Et pl'ima aquositas acuta ē mala: qm̄ ledit cū extēsiōe & corrosione siml': & ois q̄ est copiosioꝛ: ē plus extensiua & plus dilatās & corrodēs Que aūt ex eis opponit̄ foramī: nocz visu & pprie qn̄ est corrosiua & vlceratiua.

Cura eius.

Cura ipius dum ē pua: est cū medicinis exiccatiuis: & cū eis q̄ sunt sicut medicamē de luto dpato ad samos. Et est vt assumāt̄ luti samij torrefacti ℥ iiij & tuchie ℥ j & climie lauate & antiō nij abluti amboꝝ aā ℥ ij & scorie eris ablute ℥ iij opij ℥ iij gūme ℥ iiij terantur cū aq̄ pluuiali & fiāt ex eis collíria & āmistrētur cum aqua fenu greci. Et qn̄ multiplicatur: curetur cum ferro.

Cap̄ de exituris oculi: & exituris cōnee

Exiture oculi gerant̄ bm plurimū ab humoribus acutis adustis: & sunt septē spēs. Quattuoꝛ in supficie cornee. quas galien⁹ noīauit vlcera: & accit pter eas aspitas. Prima eaꝝ ē vlc⁹ sīle fumo existēs: sup nigrū oculi expansa occupās locū magnū: & nominatur albafuc: & fortasse noīat̄ katemea. Deide est spēs altera & est pfundioꝛ & vehemētius alba & mioris qntitatis: & nominatur nubes: & fortasse noīat̄ et̄ katemea De inde ē spēs tercia coronal': & ē super coronam nigredis: q̄ qnq3 occupat de albo diūctiue aliqd: & videt̄ qd̄ est super pupillaz albū & qd̄ est sup cōiunctiuam rubeū. Et quarta nomiat̄ adustiua: & nomiat̄ etiā lanosa: & existit in eo qd̄ apparet de pupilla ac si lana pauca essꝫ sup ipm. Et tres sūt pfunde: quaꝝ vna noīat̄ ammilin: submersā hn̄s pfunditatē: & ē vlcus pfund̄ strictū mund̄. Et secunda nomiat̄ lulume: scꝫ vngula: & est mioris pfunditatis & latioris occupatōis. Et tercia ē vlc⁹ qd̄ noīat̄ afficume: scꝫ adustiuū. Et ē vlcus sordid̄ hn̄s crustas: in cui⁹ mūdificatōe est tiōr. humiditas em̄ currit pter corrosionē pāniculorum: & corrūpit̄ cū ea ocl's. Vlcera vero i oculo fiunt: aut successione obtalmie: aut successione bothor: aut pter pcussionem & multotiēs qd̄ ē pncipiū vlceris iteri⁹ & disrūpit̄ ad exterioꝛa & ecōuerso.

Signa.

Signa vlceris in eo qd̄ de ocl'o appaꝫ sunt: qꝛ ē pūctū albū si ē sup pupillā & rubeū si est in diūctiua: & ē cū eo doloꝛ vehemēs & pulsatō. Et qn̄ ē sanies q̄ iueit̄ i eo qd̄ supponit̄ alba sigficat dolorez debilē & pulsatōz fortem. Si vo fūit citrina. ā fusca: ā subtilis erit i illo leuioꝛ. Sꝫ cū fūit rubea: tūc doloꝛ erit leuioꝛ valde.

Cura.

Cum fūit vlc⁹ i ocl'o dextro dormiat sup sinistꝝ. Et qn̄ fūit i sinistro dormiat sup dextꝝ. Et oꝫ vt sbtiliet r̄gimē in pmis. Cū gᵒ disrūpit̄ vlc⁹ declinꝫ regimē

ad extremitates & ad pilos: vt nō debilitetur & n̄ ꝯsolidetur vlcus: & multiplicentur superflui tates corporis eius. Et oportet vt n̄ repleatur: & vt n̄ clamet: neqꝫ sternutet quantū possibile ē: nec igrediatur balneū n̄ post maturationē egritudinis. Si autem igreditur: necesse ē ei vt n̄ prolōget moram. Et itendat i mūdificādo caput & stomachū cū euacuatis trahētibus ad iferiora. Et similiter ꝯfert i eo ventosatio sup crus plurimum. Et solutio sophene: & assiduatio soluendis ventris oībus quattuor diebus: cū eo qd educit superfluitatē acutā subtilē ex decoctōibus & ifusionibus. Et si fuerit hic obtalmia: curetur prius cum euacuatōe pdicta i capitulo suo: & cū medicinis & ꝯiungatur inter sedatōes doloris & ꝯsolidatōes vlceris cū eis q̄ sunt sicut collyriū anesestigi & alcufi & cerusa: & distillatō lactis mulieris i oculo. Et si fuerit h cursus: permisceatur ei illud qd hꝫ virtutē prohibitiuam. Et ad sūmū canon electōis medicinarū i ipso ē: quoniam oportet vt eligatur oē qd exiccat absqꝫ mordicatōe. & si calor fortis fiat: tūc āministra collyriū a sedenigi lenitiuū. Et collyriū olibanū ē valde iuuatiuū. Et de collyriis quorum iuuatis ē collyriū secalicū & conis. Et si fuerit cursus collyriū de narlinis & emelū modo. & si fuerit cursus cū acuitate collyriū sebrien. Et si fuerit sine acuitate collyriū in quo ponitur mirra & spica celtica. Quod si i vlceribus fuerit sordes tūc cū siropo ꝯ melle: aut cū aqua fenu greci cū aliquo horum collyriorum predictorum: aut cū mucillagine seis lini: aut cum lacte mulieris. & si fuerit corrosio vehemēs necesse erit āministrare tarchamettilō. Et quando mūdificatur vlcus: tēde ad exiccatia absqꝫ mordicatōe: sicut collyriū de olibano: & sicut olibanū ipsum & nesestigi: & cerusa: & plūbū adustū ablutū: & collyriū albū & collyriū alcabair proprie. & similiter cinis ostraci ablutus cū albuīe oui aut cinis ostraci magni ablutus cū equali mensura de sedenigi Descriptō collyrii stubenis & ē forte. Re. climie. xvii. aurei. Ceruse ablute. ʒ. j. Amili & opii: & dragagāti oīm añ. duos aur: terantur et fricentur cū aqua pluuiali: et ꝯficiantur cū albuīe oui Aliud eiusdē noīs et ē forte. Re. climie adustae ablute et ceruse ablute. ʒ. viii. mirre aur. vi. ātimonii adusti abluti aur. j. amili aur. vi. plūbi adusti talk amborum añ. ʒ. iiii. dragagāti. ʒ. viii. terantur cū aqua & conficiantur cū albuīe oui. ¶ Cap. de rupturis cornee

QVandoqꝫ fit a ruptura pcedēte: & qñqꝫ fit a causa extrinseca sicut pcussiōe aut casu disrūpente: & tūc apparet vuea. Quod si illud qd de ea apparet ē res modica: noiatur formicalis & almusaragi & muscalis & granatilis: & illud est sm magnitudinē & prauitatē. Si autem est augmētatio illa: ita vt appareat granū vuee noiatur vuea. Et que ē maior noiatur vesicalis. Si autem egrediatur vuea valde: ita vt sepet iter palpebras & coopturam noiatur claualis. Et quando albificatur vuea: n̄ ē ei sanitas. Et scias qd quando cornea rumpitur i lōgitudine nō videtur albedo: sed videtur scissura: & ē quasi speculator iā sit elōgatus. Et possibile quod ē vt hoc declaretur modo maifestiori: & dicatur qd ruptura qñqꝫ sit in oībus ptibus cornee & corticū eius: & ē emminētia de sba vuee. Et qñqꝫ fit in quibusdā ptibus cornee: & est eminētia ex ea ipa: & sit apud corrosionē quorūdā corticū eius: & assimilatur vesicis: sed differt a vesicis mollibus & duris: quoniam propter vesicas molles & duras fiūt i albedine oculi rubedo & lacrime & pulsatō: & frāguntur sub radio: sed non ē ita hic. ¶ Eminētia vero q̄ fit propter fracturam cornee i oibus suis corticibus: aut ē cum apparitōe totius vuee aut cū quadā parte eius. Eius autem spēs sunt quattuor pua granatilis & formicalis: q̄ quando minoratur similatur vesice molli & vesice dure. Et separatur ab ea: quoniam ē sm colorem vuee in nigredie & viriditate & colore medio iter eas. Quod si differat color eius a colore tunice vuee: ē vesica. Et qñqꝫ verificatur p ꝯsideratōē i re eius: si videtur circūdans in radice eius res alba sicut limbus. ¶ Et illud quidem n̄ ē nisi extremitas rupture cornee: & albificatur apud suā ꝯsolidatōē. Et secūda ē illa quā prediximus & noiauimus vueam Et tercia ē maior illa & prohibet coopturam & dicitur vesicalis & clauialis Et quarta ē q̄ ipa sit ex gñe vesicalis. Verūtamen est cronica ꝯiūcta cū eo qd egreditur ex cornea pcedens ab ipa: & dicitur orbicularis: & ē similis armille fusi ꝯiūcte cū fuso. ¶ Cura.

DVm perseuerat in via generationis eius cura est cura vlcerū: & bothor sm qd diximus: quoniam indiget mūdificatōne corporis qualiscunqꝫ sit egritudo euacuando p flobotomiam & solutōē. Et post euacuatōē āministretur balneum ex aqua dulci. & proprie quando est in cōplexione acuitas propter qd moretur in aere balnei nisi paruū. & neqꝫ etiā multiplicet submersionē capitis sui in aqua fontis siue sit calida siue frigida. & neqꝫ āministrentur olea sup caput. Quedā enim illorum mittūt maius ad oculum propter resolutiōē materiei mouente i cerebro: & attrahūt qd n̄ ē i ipo & exprimūt ipm propter inspissatōē pororum resolutionis. Cum ergo non inuenit vacuū currit ad extremitates cerebri. Et oportet quidem vt cibi sint boni chimi: temperati: frigidi & humidi: & reliquū corpus similiter.

Et dū ꝑseuerat ī pn° maturet᷑: & curet᷑ cura vlcez. Cū aūt vlceraē: tūc āmistrenē super ipaz ī pmis empl'a stiptica cū abstersiuis sic citonia & lentes decocta cū melle: & sic aq̄ gnati: & oliue: & vitellus oui: & crocus: ā granatū muzū decoctū cū pauco aceto & aq̄ agreste & discoctū. deinde fiat empl'm inde aut si tolerat distillet᷑ in ocl'm cū amilo & sil'ib⁊. Cū āt fit ruptura curet᷑ cū cura rupture. Formical' vō curet᷑ cū ꝓhibitis stipticis: & cū vaporatōnibus ex aceto & aq̄ et vino pōtico: ā cū aq̄ in q̄ bulliuit rosa. et fiat alcofol ex collirijs stipticis. Et ex medicis q̄de iuuatis ī ipa sunt succus folioꝝ oliue: et succus virge pastoris. Et ex medicis singularib⁊ stipticis sūt spica et rosa et plumbū adustū et chimolea et ēra sigillata et cerusa. Et ex alcofol gallaꝝ ꝑtes due deinde antimonij ꝑtes .x. Et ex collirijs: collirium amir et haudumur et beduciū et deisiles et colliriū arabicū. Et ex eis q̄ sūt fortioza ē colliriū berdenetuseles. Et cū ex eo distillat᷑: liget᷑ frons et dormiat resupinus. Colliriū forte ad il'lō: cinis fusorij ī quo purgat᷑ es et crocus et amilū et dragagantū ꝯficiant᷑ cū albugie oui galline nati ea die: & q̄nq̄ ponit᷑ in ipo lapis iamenus. Colliriū bonū & est colliriū berdenum ꝯferens oibus spēbus bothoz. Re. ātimonij adusti abluti .iiij. aūr: ceruse plūbi aduste ablute aūr .vj. licij indi aūr .xvj. spice aūr .viij. polij aūr .ij. climie aduste ablute aūr .viij. acacie citrine .xx. aūr. castorei aūr .vj. aloes tm̄dem gūmi arabici aūr .xx. teranē cū aq̄ pluuiali & fiāt collíria. Et scias q̄d nccm̄ est tibi q̄n incipit vlcus in emmētia vt facias adherē ocl'o ligaturā q̄ sustentet᷑ & resupinatio. Illi vō q̄ ē claual' nō ē cura. & q̄dā ꝓpter pulcritudinem delinquūt & abscidunt emmētiam ex musariget: sꝫ rectū ē vt nō moueat᷑: fortasse ei effundet᷑ mā: & ꝑmutabit᷑ ad oculum alterum.

¶ Capitulū de bothoz in oculo.

Quod est sup cornea tēdit ad albedinem: & q̄d ē sup ꝯiunctiuā ē tēdēs ad rubedinē.

¶ Cura eius

Est fleubotomia & distillatō sanguis in oculū s̄m q͡ dicem⁊ in ca° atarfati. & vaporatio oculi cū lana infusa ī albugine oui cōquassati cum aceto & oleo rosato: & distillatō lactis in quo poit᷑ sem̄ almaru & colliriū alubar & colliriū climacon.

¶ De sanie in siphach.

Hec sanies ꝯtinet᷑ sub cornea aut in ꝓfundo ā in ꝓpiquo: & silat᷑ loc⁊ cornee vngule. & q̄n corrodit᷑ cū ea ꝑs nominatur calcataren.

¶ Cura.

Dixit paul⁊ curat᷑ cū eis q̄ sūt sicut siropus de melle: & succ⁊ fenu greci: & colliriū de olibano. aut apiat᷑ cum mellilioto & mucillagie semis lini & rafano huido decocto: si nō ꝓhibeat obtalmia. & mūdificet᷑ cū eis que sint sic colliriū ō mirra & fum⁊ terze. Et si nō fūit vlc⁊ āmistra h° colliriū: calcadis croci āboꝝ āñ .ʒ.j. mirre .ʒ.j. & .ʒ. mellis librā .j. Et etiā medicamē magnetis fcꝫ ad vngulā: & etiā medicamē ō luto samio ꝑdicto in ca° de vesicis.

¶ Capitulū de cancro in oculo.

Plurimū accit in tuica cornea dolor vehemēs: & extēsio in veis oculi: & ꝑūctura fortis q̄ ledit᷑ tymp⁊: & ꝓpzie cū mouet᷑ hñs ipm: & rubedo ī tuicis oculi: & soda: & casus appetit⁊ cibi & leditur ab oī in quo ē caliditas. Et ē ex eis in quoꝝ salute nō ē spes: quāuis sit spes ī sedatōne ei⁊. Et nō fcīt dolorē cancer ī aliq° mēbroꝝ: q̄ sit sicut dolor ei⁊ cū accit ī ocl'o. Et āmistratō q̄dem medicinarū calidaꝝ est ex eis q̄ ledūt patientē ipm: & auget dolorem intolerabilem.

¶ Cura.

Si non fūit excusatō cure ei⁊: tūc sit ī tētio sedatō doloris: vt mundificet᷑ corp⁊ & pars capitis ab huōre ꝯturbato: & nutriat᷑ cibis boni chimi nutritiuis triticeis in quib⁊ ñ ē calefactio: & potus lactis ꝯfert ei. Et oꝫ q̄dez vt āmistret᷑ in ipso albumē oui cū mellilioto: & aliq̄d de croco: & colliriū albū ¶ Et oē colliriū factum ex eis q̄ sunt sic amidū & cerusa & gūmi & opiū: & oīa in q̄b⁊ ponūt᷑ reliq̄ lenietīa & stupefacietīa & colliriū sanirdū: & colliriū meburniuꝫ: & cerotū factuꝫ ex vitello oui et oleo rosato.

¶ Capitl'm de garab: et ap̄atib⁊ lacmaliū

Quandoq̄ egredit᷑ in lacrimalib⁊ angul' oculi exitura Et q̄ñ ē dura que tactu mouet᷑: et ñ rumpit᷑. et ē ō genere glādulaꝝ. Et pl'm malicie ei⁊ ē q̄d videtur emmētia in lacrimalib⁊: et inueit᷑ cū expssione: et dolet ei⁊ expssio et multiplicat᷑ cū ea obtalmia. Et q̄ñ ē exitura bothoralis faciens collectōꝫ: et disrumpit᷑. et q̄n rumpit᷑ facit fistulā s̄m pl'm. Et ambe coīcant ī hoc q͡ vnaqueq̄ eaꝝ sub tactu mouet᷑: et submergit᷑ cuꝫ expssione: et augmentat᷑ cū dimittit᷑ ¶ Et q̄ñ est sba h⁊ bothoz: et e⁊ augmētuꝫ ī ꝓfundo: q̄re e⁊ emmētia exteri⁊ nō appet. Veruꝫ ipam sigficat pruritus. et q̄ñ manus inuenit eā apō cōpssionem vltimā. Et garab q̄d ē fistula adueniens in āgulis oculi domesticis ¶ Et pl'm

q̇dem eꝰ succedit exiture & bothoꝛ appen
tibus in loco: deīde rūpit̃: & fit fistula. Et
exitura illa anteq̄ rūpat̃ noīatur bakilus
Et qm̄ illud mēbꝛū ē subtil' sb̄e: vid̓ ab in
teriori eiꝰ vsq3 ad ipiꝰ exteriꝰ: sic̄ pannus
quem inueīes a latere ossis nasi: & a latere
eiꝰ qd̓ appet de oculo. Cu3 gº rūpit̃ dimit-
tit lōgitudinē & remanz saniosa & difficil'
ꝯiūctōis qm̄ mēbꝛū est huīdū: & cū huīdi
tate sua mouet̃ semp: & ꝓpter hº fit fistu-
la. Et eꝰ q̇dē ruptura qn̄q3 ē ad exterioꝛa:
& eꝰ ruptura qn̄z ē ad interioꝛa: & qn̄z eiꝰ
ruptura ad ābo latera sil'. Et multotiēs fit
eiꝰ ruptura ad nasū: & currit ad ipm̄ ¶ Et
qn̄q3 ꝯsequit̃ malicia saniei eiꝰ os: & corꝛū
pit ipm̄ & denigrat: deīde corꝛodit illd̓: &
coꝛꝛūpit cartiligines palpebꝛe: & īplet o
culum sanie: q̄ egredit̃ cū ꝯpssioē. ¶ Cura

ALgarab ē eḡtudo cronica: & q̄ ex ea
leuioꝛ ē: est illa q̄ ē recēs: nā q̄ recēs
est curat̃ cū medicis facilibꝰ q̄s di-
cemꝰ. Cronice v̓o cura vera ē cauteriū qd̓
narꝛabimꝰ: aut qd̓ stat loco eiꝰ sic̄ dichbar
dich. Incipiat̃ gº & fricet̃ fistula cū pāno d̓
inde fiat liciniū cū dichbardich & īpleatur
Quidā aūt extimauerūt q̄ qn̄ mūdificabit̃
ab ea caro moꝛtua: deīde submergit̃ totu3
in aqua siliquaꝝ nabati: & intromittit̃ ī ip
sa: ꝯfert vehemēter. Et si q̄s vult āmīstra
re medicinā abs3 cauterio: tūc meliꝰ est vt
exp̓mat̃ donec egrediat̃ qd̓ ē in ipa: deīde
abluat̃ cū vino stiptico distillato in ipa. Et
si fūit paꝝ & nō egredit̃: dimittat̃ vsq3 ad
duos dies aut tres ligata donec aggreget̃
aliq̄d q̄ntitatē hn̄s: deīde exp̓mat̃: pꝰ laue
tur: deīde distillet̃ in eā colliriū algarab qd̓
maumetꝰ filiꝰ zacharie sibi cōpat. & ꝓp̄e
qd̓ d̓ eo dissolutū ē ī aq̄ gallaꝝ. Et melioꝛ
q̇dē distillatō ē vt fiat distillaº pꝰ distilla-
tōz ītueniēte hoꝛa int̓ oēs duas distillatōes
Et d̓ melioꝛe q̇dē r̓gīe eiꝰ ē: vt mēsuret̃ ꝓ
funditas eiꝰ cū tēta: deīde īuoluat̃ radius
coto submerso in medicis: & ponat̃ in ipa
siue sit medicina currēs siue puluis ¶ Et o3
qn̄ āmīstrat̃ medicamē: vt stringat̃ cū pā-
no: & adhibeat̃ q̇es. Et d̓ collirijs q̇dē exp
tis ē vt sumat̃ arsenici rubei & atramenti
& cātaridarū & calcis & sal' armoniaci &
alumīs ptes eq̄les aggregent̃ terēdo cum
vrina pueri: & siccent̃. & āmīstrent̃ sicca.
Qn̄z v̓o ꝯfert in p̓nº sui & āte eruptōnem
vt supponat̃ ei atramētū: & ponant̃ sup
ipam armoniacu3 & menibe3gi: & sil' nux
īācida: & oē qd̓ ē foꝛtis resolutōis ¶ Et qn̄
terunt̃ folia rute domestice cu3 aq̄ cineris
& ponūt̃ sup bakilū anteq̄ ꝯsequat̃ os: &
pꝰ ꝯsecutōz eꝰ: & ꝯsolidat ipa3: & r̓ctificat
carnē s3 moꝛdicāt ī p̓nº cū ponūt̃: deīde n̄
moꝛdicāt. Et qn̄ fit garab: scias qd̓ canō ē ī
ipo vt mūdificet̃ ī p̓mis: deinde curet̃ ¶ Et
ex eis q̇dē q̄ ipa mūdificāt: ē vt sumat̃ lanu
go arūdinis īuēta in īteriori pte eiꝰ: & pꝛo
pꝛie ꝓpīq̄ radici eꝰ q̄ grossitudinē q̄ndam
h3: & submergat̃ ī melle; & adhereat alga
rab: & mūdificabit ipm̄. deīde lauet̃ locus
cū spōgia submersa ī aq̄ mell'. Et qn̄z seq̄t̃
super illud. s. lanugo arūdinis sicca sola si
ne medicīa alia exiccāte: & sufficit. Et ex
exptis q̇dē ē sief meithe: & crocꝰ cū aq̄ ata
raxacon: & sine cessatōe pmutet̃. Et ex eis
ē vt terant̃ limacie cū ostracis suis: & per
misceant̃ cū eis mirra & aloes & āmīstrēt̃
Et ē ex eis q̄ ꝯferunt ī eḡtudīe: & ē adhuc
pauca & n̄ est aggregata. & qn̄z ꝯfert ī ea
cū ē vlcus: & ex eis ē gaudaim adustū cro
cus & taraxacon siccū cū aq̄ sumach sola-
ri. Et ex mirabilibꝰ ī ipa sūt folia rute cu3
aq̄ ḡnatoꝝ suppoīta ei. Et de ꝓpetate eius
ē qd̓ ꝓhibet vestigiū r̓manē fedū: & o3 vt
n̄ cures de moꝛdicatōe eꝰ. Et ex eis q̇dē q̄
rūpūt exiturā: ē empl'm ex pane cū seīe ma
ru & olibano cū lacte mulieb꜡i: ā crocꝰ cū
aq̄ eruce: aut mirra cū tercia sui de gūmi
arabico ꝯfecta cū felle vaccino: & ānectat̃
sup ipam & nō moueat̃ donec sanet eā. Et
ex medicis algarab ē vt fiat liciniū ex floē
eris cōgelato cū bdellio & armoniaco. Et
extimauer̄t indi q̄ mes masticatū sanat eā
Et extimauerūt q̇dam coꝝ q̄ mirra sola sa
nat eā: qn̄ sup ipa3 ponit̃. Et ex pulueribꝰ
exptis in ipa: est vt sumant̃ venaꝝ ps vna
& ameos due tercie ptis vniꝰ terant̃ pul-
uerizādo: & puluerizēt̃ in ipa. Et ēt̃ medi-
camē ꝯpoītū ex limatura eris & aluīe & sa
le armoniaco ꝯfert ei sanās. Et ex medica-
mentis vltimis ē vt sumant̃ atramēti & a
loes & sarcocolle & coꝛticis radicis thuris
ꝯtriti: & memithe ptes eq̄les terant̃ & cri-
bellent̃: & ponāt̃ ī lacrimali Et aloes solū-
modo cū coꝛticibꝰ thuris etiā. Et ꝯsidera
r̓el. q̄s medicīas dcās ī antidotario: & ꝓp̄e
medicamē acutū viride. Et cōsidera medi-
cinas tabulaꝝ singulariū. Cū autē ꝯsequit̃
os: & n̄ iuuat̃ medicis: tūc necesse ē ipam
scīdē & detegē a suo ītioꝛe: & assumē car-
nē moꝛtuā si fūit: donec pueīat̃ ad os: & eꝰ
q̇dē r̓gimē pꝰ illd̓ ē s̓m tres modos. Si os
ē sanū: fricet̃ nigredo si appet ī ipo: & sol-
uat̃ aliqd̓ ex medicamētis ꝯsolidatīs & su-
perponatur: & ligetur & dimittatur diu.
Et si res fuerit maioꝛ ista: tunc necessariū
ē cauterium: & qn̄q3 necessariū ē vt in osse

corrupto fiat foramē: & intēdat cū h⁰ vt fiat cauteriū q̄ pfundi⁹ pōt ī infimo cōcauitatis: nō declinan⁰ ad nasuz neq̄z ad oculum: et eleuet̄ piunctiua ad latus nasi ī pfundo: ita vt cū pforat̄ locus vno foramīe aut foraminib⁹ tribus puis et penetrat et currit sāguis ad ptē oris et nasi: fiat tunc cauteriū vltimū cuz fiducia vt pueīat ad ptem ocl'i: ymo oz vt teneat̄ ocul⁹ vltīe: et deīde cauterizet̄ et puluerizent̄ in ipō medicine: et liget̄ cū pāno lineo. Et qñz excusat cauteriū a foramīe: et fit sufficiētia ī ipso q̄ntū possibile est. Et medicamē q̄dez alresiū ē ex medicamētis bonis in illo ca⁰ ¶ Et oz qñ fit cauteriū et puluerizat̄ in ipō medicamē: vt ponat̄ sup ipm ocl'm spōgia infusa aq̄ infrigidata niue: aut massa subtili infrigidata niue: et quoscienscūq̄z vult calefieri roretur ea. ¶ Capitl'm de additione carnis lacrimalium et diminutōe eius.

